



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri
Vltraiectini**

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIII.

Arnobij antiqua lectio defensa. Cap. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70886)

Arnobij antiqua lectio defensa.

CAP. X.

LOCVS Arnobij quem adaucere volui, est ex libro quarto contra Gentes, ubi ille, quem supra nominavi, veram lectionē loco suo deturbauit, suamq; & adulterinam supposuit, malo mehercule exemplo. Sed ipsum Arnobij audiamus, cuius hæc sunt verba, paulo altius, ut melius intelligantur, repetita. Aliant igitur Theologi vestri, & vetustatis abscondite conditores, tres in rerum natura Ioues esse: ex quibus vnus Aethere sit patre progenitus, alter Calo, tertius verò Saturno, apud insulam Cretam & sepultura traditus & procreatus. Quinque Soles, & Mercurios quinque, ex quibus, ut referunt, Sol primus Iouis filius dicitur, & Aetheris habetur nepos: secundus Rhea & Hyperione proditus genitore. Sic hunc locū emendauit, aut potius corrupit, Gelenius, cum antea legeretur, Secundus Regina & Hyperione proditus genitore. Equidem nescio qua ratione impulsus, hunc locum mutandum duxerit, & licet controuersum admodum inter auctores sit, qua ex matre Sol Hyperioni natus fuerit, adeo ut quidam negent constare, & alij aliud dicant, ne sic quidem causa satis idonea est, quare hæc lectio sit reijcienda, imo ea de causa minimè mutanda, & antiqua scriptura esset religiosè seruanda. Sed, meo quidem iudicio, nimis temerè & inconsideratè (quod tamen pace eius dictū sit) in multis locis versatus est.

Nobis quidem religio esset, ita temerè aliquà mē-
re, eaq; de causa antiquam semper lectionē, quā
in nobis est, defendere conamur. Et si (ut ad propo-
situm redeam) hac lectio nullo auctorum testimonio
corroborari possit, non tamen idcirco, in tantis
sertim sententiarum diuersitate, esset rejecta.

Quanto verò minus iam, cum insigni & præ-
testimonio Diodori Siculi confirmetur. cuius
sunt verba: Οὐρανόθεν μὲν θεογονοῦσι γένεσθαι
δοκῶν ἐν πλείωνων γυναικῶν μετὰ τούτων ἢ πα-
σιν ὑπάρχειν ἐν πταίαις, ὄνομα μὲν ἴδιον ἔχουσαν
κασίαι, κοινή δὲ πάντας ἀπὸ τῆς μητρὸς ὀνομα-
ζόμενοι πταίαις, ἧ δὲ πταίαν, σώφρονα οὖσαν
πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίαν ἠρομένην τῆς ἀλλοτρίου
θεωδεύου μὲν τὴν τελευτήν ὑπὸ τῆς εὐπαιδείας
γῆν μετενομασθεῖσαν, γένεσθαι δ' αὐτῆς καὶ ἀφ' ἑ-
σῆς, ὧν εἶναι δύο τὰς προσηγορίας πολὺ τῶν ἀλλο-
τρίων ἀπαιεσάτας, τὴν τε καλεμένην βασιλευσ-
σάν τινά ὑπὸ ἐπίων Πανδώραν μετενομασθεῖσαν
τούτων δὲ τινά μὲν βασιλέαν, προσηγορίαν
καὶ σωφροσύνην τε καὶ σωείαν πολὺ τῆς ἀλλοτρίου
φίεσθαι, ἐπιτρέψαι πάντας τοὺς ἀδελφεοὺς, καὶ
μὴδέος ὄνομα παρεχομένη. διὸ καὶ μετὰ τῶν
τέρας προσηγοριῶν ἔτι μὲν. μὲν δὲ τὴν πταίαν
θρώπων εἰς θεοὺς μεταστῆσιν. &c.

Ant. Mure
Varia Lectio
LIII
25